

Petrus de Vinea

*Ep. V 87 (Pro parte
uniuersitatis Cesanae...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 87 (Pro parte
uniuersitatis Cesanae...)*

1247? (ante giugno 1248)

Eidem, ut concedat licentiam cuidam communitati uendendi uinum et bladum fidelibus.

1. Pro parte uniuersitatis Cesanae, nostrorum fidelium, nuper extitit nostrae celsitudini intimatum, quod propter multa seruitia erga maiestatem nostram impensa, per eos debitorum oneribus adeo comprimuntur, quod de mobilibus bonis eorum, preter fructus bladi et uini, non habent, unde exoluant debita supradicta. 2. Propter quod culmini nostro humiliter supplicarunt, ut de ipsis fructibus bladi et uini uendendi et asportandi per mare et terram ad terras fidelium licentiam eisdem concedere dignaremur de nostrae maiestatis licentia speciali. 3. Supplicationibus quorum nos benignius inclinati, fidelitati tuae precipiendo mandamus, quatenus, ab ipsa uniuersitate idonea cautione recepta, quod fructus ipsos ad terras fidelium tantum et non infidelium deportabunt nec per alios facient asportari, ipsis fidelibus nostris dictam licentiam pro parte nostra usque ad satisfactionem debitorum ipsorum concedere debeas, sicut melius uideris ad honorem et cautelam nostri culminis expedire.